Quelle: http://manuscripta.at/?ID=41508
Copyright: Melk, Benediktinerstift

idest famulum suum cum anchise sepultum accipe possum Eneas
¶ Ego vero altiorem hiis verbis inesse arbitror sensum Martinus
¶ Quo pregnancia sunt virgilii pluresque hec similia daye e Eneas
¶ Effectum deum post mortem anchisam hec verba ostendunt
Namque ut singula numina superiora potestates inferiores habent mi-
nistras sicuti venus didonem · iuno deorum achim · Minerva tricomium
diana virbium Bachus marsiam ~~Minerva tricomium~~ Erit et
anchises aliquis aut non dum nomen streret Martinus
¶ Mane [experta] etiam aliud sub hiis verbis secretum latet deprehendit
pictagoras ex spina hominis putrefacta medullisque eorum anguem
nasci cui nomen hibena sit quod ut in fine piacularii operis scriptum
abundius non te fugit anguem illum virgilius sicuti ex timo effec-
tum vult genium

Octavus dyalogus Nicolaus

Marcum marcellum quo adversus hannibale imperatore vestri
romani sunt sepe victum primo certamine instaurasse prelio
vires vicisseque secundo in luctamine scribit livius Eadem
michi mea spes est non potui ostendere transtulisse legittime se con-
cilium translatum tamen esse ab alio canonice probatur me non desperato
Nam et si viris dicatis id non est Eugenii tamen litteris est factum Stephanus

Argumentum Concilium esse translatum Eugenii litteris

¶ Nuncia sunt Eugenii littere Nicolaus
¶ Quibus translatum in ferrariam basiliense concilium dicatur Stephanus
¶ Robur illis inesse litteris putas Nicolaus
¶ Maximum Stephanus
¶ Ac communitas tua fatetur absque consensu suo non posse transferri
concilium ~~extimas~~ hic vero non consensisse patres id ostendis Nicolaus
¶ Nichil admiror quod communitas dicat Stephanus
¶ Posse ne papa suo ex arbitrio transferre concilium extimas
vel dissolvere Nicolaus
¶ Extimo Stephanus